cat. Tum ille gaudio alacer. quia cum de
crepito sene esset plurimum commissus. cum esset
ipse iuuenis. elatusque timore. quid ergo non
respice inquit etatem suam. Respondi.
uno id proposito ignorare me quod faceret
alexander. cum essem gregarius ex mace
donico miles exercitu. Tradidit michi muni
plenam epistolam. quam si regi alexandro darem.
pollicitus est premium. Cui iurans dixi. fidu
rum ut in manum eius hec littere peruenirent.
Reuersusque in castra. et ante quam legerem et
perquam legi epistolam. magno risu sum disso
lutus. Cui tunc et matri mee. sororibusque meis.
ut superbiam inclinatamque barbari teme
ritatem mirareris. exemplar misi.
Mox contuli me ad indos. Uictis supera
tisque his ita ut nolebam. armis erepta
poro regna restitui. Cui ut ei insperatus
honor donatus est. in thesauros suos ma
nifestauit occultos. quos esse ignorabam.
ex quibus me et comites meos. et uniuersum
ditauit exercitum. factusque amicus ex
hoste macedonibus. ad herculis ubique
trophea me duxit. In orientis autem
ultimis horis. aurea utraque deorum constitu
ta erant simulacra. que an solida essent
ego scire cupiens. omnia perforaui. et
rursum cum uiderem solida. simili me
tallo compleui. liberumque et herculem
delectis uictimis honoraui. Ultra de
inde progressuri. si quid memorabile
cerneremus. nichil preter desertos ad o
ceanum campos. siluasque ac montes
uidimus. in quibus elephanti et serpen
tes esse dicebantur. Pergebamque ad mare.

uolens si possem orbem terrarum circa oce
anum circumnauigare. quem quamquam tene
brosum et uadosum. michi locorum incole
affirmabant. quodque herculi et libero uix
usui non esset accedere. ausus nemini esset
temptandum. prestantissimorum deorum tanto
maiorem me ipsis uelle uideri. quam pati
entia inmortalium sacra preterire uesti
gia. quibus ibi honoratis et collaudatis.
sinistram partem indie perscrutari in
stitui. ne quid michi in ignotis subtrahe
retur locis. poro rege non detrectante.
ne abdita tegere uideretur regni sui
bona. Fluuius erat sicca et ceno habun
dans. per quem cum transire temptaremus.
belua quedam noui generis. ferreo tergo
duo capita habens. alterum leoni simile.
hi[...] potamio pectore. cor
codrillo alterum simillimum. duris
munitum dentibus. quod caput duos mili
tes repentino occidit ictu. Quam fer
reis uix umquam communiuimus malleis.
et hastis non ualuimus transfigere. Admi
rati sumus diu nouitatem eius. Peruenimus
inde ad siluas indorum ultimas. Ubi
cum castra in longum per quinquaginta sta
dia. et in latum per xx. fere colloca
uimus. iuxta amnem buemar. cepimus
epulari uelle pura sub nocte. hora
de hinc diei x. cum subito pabulatores
lignatoresque commoti omnes. simul adue
nientes nuntiabant. ut ceteri arma
caperemus. uenire e siluis elephantorum
immensos greges. ad expugnandum
castra. Imperaui ego thesaliquis et...

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs483-13/0004
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg